



cobi insulam exiguò tempore equitatam trium  
millium posse in campum educere; cui numero  
si peditatus proportione servata respondet, non  
contemnendus hinc existat exercitus. Constat  
autem Hollandos Maji ab insula solventes, à qua  
noctis unius itineré Praija distat, non semel di-  
ripiuse hoc oppidum; oppidumque S. Iacobi  
fuisse à F. Draco anno 1585 captum atque in-  
censum. At deinceps hac loca fortassis contra  
vim atque incursiones fuerint munita.

*Religio.*  
Non aliam insulani, mancipiis quibusdam ex-  
ceptis, quam Catholicam religionem sequuntur.  
Verum crassâ in plerisque divinarum rerum igno-  
rancia est, idque defecit docentium. Hispania ab  
rege an. 1604 missi Religiosi quidam, tam Praija  
quam in S. Iacobi oppido multum docendo pro-  
fecerunt, in incolis noctem ignorantiae illumina-  
ntes. At beneficorum & divinatorum multitu-

do, quos Iabacutios appellant, progressus in di-  
vinarum cognitione rerum hac ratione retardar-  
vit: perfaudebant illi ægrotis moribundisque,  
arrodi ab aliis beneficis corpora eorum, torque-  
rique animos; malo autem isti remedium esse in  
promptu, si se curandos tradere vellent. Efficaci  
perfuasione inducta gens misera, primo morbi ac-  
cessu Iabacutios vocabat, qui ægrotantibus ap-  
plicabant remedia quæ diabolus, palam sepe lo-  
catus, suggerebat. Ita sanandi ratio non Barba-  
ros solum, sed etiam Lusitanorum quosdam in  
errorem induxit; quem deinde PP. Societatis  
Iエ S V paulatim sufluerunt; abrogaruntque mo-  
rem quoque baptizandi simul trecentos aut se-  
ptingentos Æthiopes, in Guinea prius coemptos.  
Ceterum præstis his insulis Episcopus, ab Vlyssip-  
ponensi Archiepiscopo dependens, cuius fedes  
est in S. Iacobi oppido.



IN.

3721

Sal.

*Quatinas  
insulae S. Ia-  
cobi;*

*Insula Sa-  
lis;*

*Insulae Ma-  
jicæ;*

tanquam exili sui loco circumscriptos, destina-  
tosque aut caprarum passioni, aut venationi,  
quibus angusta erant mapalia, contra foliis  
æstum, ac pluvias tantum defensa.

Qui circumcidet has insulas aër, si generaliter  
loquendum sit, noxius est, commorantes aut fe-  
bri ardente, aut dysenteria morbo lacifens.

Desertas eas Lusitani reperere; at hodie culta  
pleraque, oriza, milio, frumentum Turcico,  
quod præcipuum insulanum est alimentum, malis  
aureis, limoniis, citreisque, cucumeribus, ba-  
nanis, ygnanis, batalis, aliisque fructibus abun-  
dant. Singuli menses præstantium feraces melo-  
num existunt. Nec faccharera arundines de-  
sunt, aut palmæ Indicæ cocorum genitrices:  
goſtippium quoque, ac mala granata fucusque  
omnis generis invenias.

Vincarum arvorumque frequentia hic est, quæ  
duplicem in anno vindemiam messemque pa-  
tiuntur.

*Animalia.* Infulanis domesticonum animalium, majorum  
minorumque numerosi sunt greges; capraru-  
mo copia tanta, ut incredibilis memoratu esse  
videatur. Causat hanc ipsa horum animalium  
fecunditas, qua singulis quatuor mensibus ter-  
nario aut quaternario numero gignunt. Sunt au-  
tem pullorum caprinorum carnes sapidissimæ,  
quod matres eorum marinam potent. Videas hic  
etiam frequentes gallinas gallosque Indicos, per-  
dices, ficedulas, alaudas ac certum avium genus,  
Lusitanis Flamencos appellatum, cui pluma candi-  
da sunt, ala colore sanguineo, moles vero  
corporis cygnum adæquans. Præter gallinas In-  
dicas, gallinarum vulgare genus repertus, pavos,  
ardeas, turtureas.

At præcipuum insulanus quæstus ex sale est, quo  
omnes abundant, quibusdam haud alia re lau-  
dati, ut Salis Bonique visus insulae.

Sed nunc singularum nobis explicanda qualita-  
tas est.

Infula igitur S. Iacobi aspera quidem ac mon-  
tana est, pluribusque in locis vidua arboribus;  
at valles habet eximie fertiles cultasque; singuli  
mensis hic suos ferunt melones saporis gratissimi,  
ac ceterorum fructuum felix proventus est, im-  
primisque facchari. Carnes habet omnis gene-  
ris, quas inter frequentior gallina, aut simile  
avium genus occurret: equos haud exigu numer-  
o. Infula eius cœlum est, maxime apud  
S. Thomæ oppidum, ob loci naturam, quod ta-  
men apud Prayam oppidum, meliori positum  
loco, salubrissimum existit.

Salis insula ob sterilitatem soli deserta est,  
nec præter equorum silvestrium ingentem nu-  
merum, aliud genus animalium nutrit. Ceterum  
cum insula hac sit depresso, vel leviter in-  
tumescens mari, aqua ad humiliora ejus loca  
pertinet, quæ, sole directis hanc insulam radiis  
feriente, transformatur in salēm.

Maji insula prorsus fabulosa, aut lapidosa po-  
tius, tam frequens est capris, ut saepe millenæ  
oberrent. Plurimi ibidem equi silvestres, asini,  
boves, simia, antæ silvestres colore rubro,  
grues, ciconiae nostris perfimiles, ingens mino-  
rum avium albarum copia, quæ nidos struunt in  
rupium cavernis, quibusque pedes latiores sunt

Africa.

brevioresque, rostrum longius, tergum colore  
cinereo, caudæque extrema gracilia, sed ad  
ulna porrecta longitudinem. Hollandi varia jux-  
ta hanc insulam pilicium genera cepere, quorum  
aliis color flavus erat maculis nigris distinctus,  
alii carpionibus, luciis alii similes videbantur. Sa-  
lis magna ibidem copia est, qui in stagno quo-  
dam pari in longitudinem latitudinemque spatio  
diffuso coalefecit. Plurima hic arbor specie sua  
silvestrem ad fiduciam accedens, tum ea, quæ co-  
cos producit. Iulio, Augusto & Septembri men-  
sibus imbris continui hic cadunt, reliquis anni  
temporibus omnino secis.

Fogo insula vitifera est; at Bravo insula salis *Insularum*  
carnibus abundat. Vicinum his insulis mare *Sar-*  
*Bravo, &* *Fogo.* *gas;* indigent, quod superficiem ejus herbæ  
obsideant abscondantque, unde difficilior navi-  
gatio existit. Herba ista *sargaço* Lusitanis vo-  
catur, quod istius nominis herbæ perfimilis exi-  
stet. Ceterum & petrofino marino est con-  
formis, nisi quod & flaviore colore sit, & gra-  
na quædam in vertice producat, quibus ne-  
que lapor est, neque ulla substantia. Mirum ali-  
cui videri debet, herbam isto in loco nasci, qui  
ab insulis remotior, à continentí quoque leuis  
minimum abest quadraginta. Nonnulli eas imo  
putant è mari existere; quorum aliena est à ve-  
ritate opinio, cum hoc loco inexplorata maris  
profunditas sit. Ex India navigantes, herbosum  
hunc in mari tractum declinant, proprius acce-  
dentes ad littus, à quo longius abest. At re-  
duces virescens hoc mare transeant necesse est,  
lente progressuri, nisi potentiore vento prove-  
hantur.

Insulani omnes aut Hispanicae sunt, aut Lusi-  
tanicae originis.

Meres eorum præcipua sal, pellesque capri-  
opera. De sale quod est, eo centena quotannis  
naves onustæ ab insulis Salis, Boni visus, Maji &  
S. Iacobi, in Germaniam, Angliam, Daniam alias  
que revertuntur regiones constitutis plerumque  
in Maji insula navibus ad onerandum bis mille. At  
modicus reddit tam copioso ex sale fructus ad  
Hispanos, quod sal eorum communis omnibus  
sit, qui nullum inde Hispaniae regi vectigal pen-  
dere tenentur; quamobrem Hollandi frequen-  
tes salis gratia emendi huic insulae adnavigant.  
Verum ob brevia propinquio in mari difficilis  
hinc cum onustis navibus est redditus. Pelles ca-  
prorum caprarumque Maji ac Salis insulae præ-  
cipue suppeditant, quæ magna copia in Brasiliam  
avehantur; Lusitani quippe istius domini regio-  
nis, mancipia sua has ad insulas mittunt, ut cani-  
bus venaticis, aut retibus, alio modo silvestre  
hoc animalium genus infestantur, quorum car-  
nes sale ad instruenta navigia conduntur. Ce-  
terum pro rege Hispaniae quotannis sena capra-  
rum, tam silvestrum quam domesticarum, millia  
servantur, quarum sale conspersæ carnes, pelles-  
que incorruptæ ab insulanis præstandæ, in In-  
diæ mittuntur. Ex his ipsis pelibus corium illud  
caprinum tanti apud nos estimatum parant His-  
pani. Ferunt insulae eadem goſtippium, è quo  
textilia sunt coloris diversi, quæ ad omne littus  
Africae avecta, mancipiis insulani permuntant.

Hollandorum habet relatio, vel solam S. Ia-  
cobi

ARQUIPELAGO DE CABO VERDE

in BLAEU, c. 1620??

compriso in libro nr 48 de Reiss & Amerikaner de  
6-10 Oct. 1932, lot nr. 3721 apy 231.80M = 20.890\$00

